



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

17. Cum Nos aliàs &c. Damnatio, Reprobatio, ac prohibitio, quorundam
Foliorum impressorum sub titulo: Acte d' Appel interjeté par le Procureur
General de Lorraine & Barrois, de l'execution du Bref ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

tion de l'Eglise, sur la predestination & la grace &c. Par Mr. de Launois Docteur en Theologie, de la Maisoñ & Societé de Navarre. A Liege chez Nicolas le François, proche les Carmes en Isle, à la prudence MDCCII. Nuperimè verò Venerabiles Fratres nostri S.R.E. Cardinales in totâ Republicâ Christianâ contra hereticam pravitatem Generales Inquisitores à Sede Apostolicâ specialiter deputati, auditâ libelli hujusmodi censurâ, illum ad minus, tamquam impium, blasphemum, necnon fulgidissimo Catholica Ecclesia lumini, maximoque Doctori Sancto Augustino quinidm ipsimet Ecclesia, atque Apostolica Sedi injuriosum, damnandum, & prohibendum esse censuerint: Hinc est, quod Nos pro commissâ Nobis divinitus gregis Dominici curâ, animarum periculis, atque detrimentis, quæ ex præfati libelli lectione, & usu provenient possent, pastorali sollicitudine, quantum cum Domino possumus, occurrere cupientes, necnon Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, qui ejusdem Sancti Doctoris præcelsam doctrinam magno semper in pretio habuerunt, totoque mentis affectu amplexi fuerunt, laudabilibus vestigis firmiter inhaerere volentes, de memoratorum Cardinalium consilio, libellum prædictum auctoritate Apostolicâ tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ac legi, seu retineri prohibemus, ipsiusque libelli impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christifidelibus, etiam specificâ, & individuâ mentione & expressione dignis, sub poenâ excommunicationis per Contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurriendâ, à qua nemo à quoquam, praterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere valeat, omnino interdicimus. Volentes, & auctoritate præfata mandantes, ut quicunque libellum hujusmodi penes se habuerint, illum statim atque præfates literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæretice pravitatis Inquisitoribus tradere, atque confignare teneantur; hi verò exemplaria libri sic tradita illiè flammis aboleri carent: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Ut autem eadē præsentes literæ ad omnium notitiā facilius perducantur, nec quicquam illarum ignoranter allegare possit, volumus, & auctoritate prædictâ decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellarie Apostolica, necnon Curia Generalis in Monte Citatio, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; sic verò publicatas omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficer, ac si unicuique illorum personaliter notificata, & intimata fuissent: Iplarum autem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam imprestis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eamdem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, qua haberetur eidem præsentibus, si exhibita forent, vel ostensa. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xxviii. Januarii MDCCIV. Pontificatus Nostræ Anno Quarto.

F. Oliverius.

A uno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sepringentesimo quarto, Indictione xii, die vero xxviii. Januarii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papa XI. anno ejus quarto, supradictæ literæ Apostolica affixa, & publicatae fuerint ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellarie Apostolica, Curia Generalis in Mon-

te Cittorio, in Acie Campi Flora, ac aliis locis solitis & consuetis Urbis per me Nicolaum Vafellum SS. D. N. Papæ Curs.

Pro D. Magistro Curforum Sebastianus Vafellus Cursor.

D A M N A T I O ,

Reprobatio, ac prohibitio quorundam Foliorum impressorum sub titulo: *Acte d'Appel interjeté par le Procureur General de Lorraine, & Barois de l'execution du Bref du 22. Septembre dernier &c.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum Nos alijs per quasdam nostras in simili formâ Brevis literas librum quendam Gallico idiomatico conscriptum, & in duas partes divisum, sub titulo: *Ordonnance de Leopold I. Duc de Lorraine, & de Bar &c. donnée à Nancy au Mois de Juillet 1701. A Nancy Chez Paul Barbier Imprimeur, & Librairie à la Ville Neuve MDCCII.* damnaverimus, & reprobaverimus, ac legi, seu retineri prohibuimus, & alias, prout in prædictis nostris literis die xxii. Septembri proximè præteriti expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expreso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, ubiū continetur; Subinde verò ad Apostolatas nostri notitiam pervenisset in vulgo circumferri quædam Folia eodem gallico idiomatico typis impresa, quibus titulus: *Acte d'Appel interjeté par le Procureur General de Lorraine, & Barois de l'execution du Bref du 22. Septembre dernier rendu contre l'Ordonnance de Son Altesse Royale du mois de Juillet 1701 de notre Saint Pere le Pape Clement XI. mal informé, à notre dict Saint Pere le Pape, lors qu'il sera mieux informé, avec l'Arrêt d'enregistrement d'icelui: Nos nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, aliosque in Sacra Theologia Magistros, & in Decretis Doctores ad eorumdem Foliorum examen delegimus, qui omnes Folia ipsa, tanquam continentia propositiones falsas, temerarias, calumniosas, in praxi perniciosas, Ecclesiæ injuriosas, ac jurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticae lefivas, similiter dannanda, & prohibenda esse censuerunt. Auditis itaque eorumdem Cardinalium, Magistrorum, & Doctorum sententiis, creditum Nobis à Domino pastorali curâ, atque vigilante munus, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter exequi cupientes, de ipsorum Cardinalium consilio, Folia supradicta auctoritate Apostolicâ tenore præsentium damnamus pariter & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, illorumque impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christifidelibus, etiam specificâ, & individuâ mentione, & expressione dignis, sub poenâ excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurriendâ, à qua nemo à quoquam, praterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdicimus.*

¶. I. Volentes, & eadē auctoritate mandantes, ut quicunque Folia hujusmodi penes se habuerint, illa statim atque præsentes literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæretice pravitatis Inquisitoribus tradere, atque confignare teneantur. Præterea eadem folia, necnon appellationem, arrestum, aliaque in eis contenta quæcumque nemini suffragari posse, ad effectum impediri, declinandi, seu etiam suspendendi executionem præfatarum nostrarum literarum, quæ juxta eam formam, & tenorem servari omnino debeant, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus,

&

& ordinationibus Apostolicis, ceterisque contraria quibuscumque.

S. 2. Ut autem eadem praesentes literae ad omnium notitiam faciliter perveniant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate praefata similiter decernimus, ut illae ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necon Curiæ generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Flora de urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur, & sic publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficeret, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, & intimatae fuissent: Utque ipsarum praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prouersus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habetur, qua eisdem praesentibus haberebatur, si forent exhibita, vel ostendenda. Datum Romæ apud S. Petrum sub anno Pictorius die xi. Februarii MDCCIV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi millesimo septingentesimo quarto, Indictione xii., die vero undecima Februario, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papa XI. anno ejus quarto, supradictæ literæ Apostolicae affixa, & publicatae fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curia Generalis in Monte Citorio, in Acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Horatium Pierum S.S. D. N. P. P. Cursorum.

Pro D. Magistro Cursorum Sebastianus
Vasellus Cursor.

CONFIRMATIO

XVIII.

Et Ampliatio Constitutionis Pauli P.P. III. Privilegiis Neophytorum quoad bona tempora-
lia, cum aliis Ordinationibus pro faciliori In-
fidelium, ac praesertim Judæorum conversione.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.

Proximum à
debito pro-
videndi, ne
Infidelium
conversio re-
tardetur.

Eapropter
debet curam
habere de
rebus tempo-
ralibus co-
rumdem In-
fidelium.

Propaganda per universum Terrarum Orbem Christianæ Fidei, cuius illibatum, ac perenne Depositum Romana in primis seruat Ecclesia, pro commissi Nobis Apostolici muneri debito jugiter intendentes, dum in remotissimas quaque partes Evangelii præcōnes ablegare fatigimus, in eam simul curam diligenter incumbimus, ut quicunque disjectis Infidelitatibus tenebris ad verum Justitiae Solem, qui Christus est, agnoscendum, eo adjuvante festinant, nullis, quoad fieri potest, humanarum rerum obstaculis impediantur; sicutque ad Catholicæ Ecclesiæ gremium ex omni natione, que sub celo est, eò frequentior, quòd facilior expediatur accessus.

S. 1. Quamvis enim non temporalium rerum commodo, sed æterna potius hæreditatis intuitu ad suscipiendam Christi Fidem Infideles allici oporteat, quin etiam edoceri præcipiam Christiani hominis gloriam in eo maximè sitam esse, ut terrena despiciat, existimetque omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini Nostri; nihilominus rationi congruum, & pia Ma-

Bullar. Rom. Continuat. Pars II.

tris Ecclesia institutis consentaneum arbitramur ita paternam nostram erga eos, qui adhuc in Fide parvuli laete potius, quam cibo solido nutriendi sunt, providentiam temperare, ut infirmiores qui que à Christianæ Religionis proposito amittendrum facultatum, incurvendæque potius miseræ egerratis horrore non retrahantur: cum potius juxta Canonicas sanctiones, eos, qui ad Fidem veniunt, melioris conditionis esse oporteat post Baptismum, quam, antequam Fidem suscipierent, haberentur, & in illis etiam impleri debeat Christi certa promissio: Querite primum Regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

S. 2. Quam quidem ob causam complures Romani Pontifices Prædecessores nostri, pro tra-
ditâ sibi divinitus in iis, quæ ad ejusdem Sanctæ Fi-
dei favorem, & propagationem pertinent, Apof-
tolicâ potestate, multa in Neophytorum commo-
dum privilegia concederunt, alii quoque addi-
tis ordinationibus, quibus & indemnitatí iporum,
& Christianæ Religionis dignitatí, & faciliori si-
mul infidelium conversioni consultum foret; Præ-
cipue vero fel. rec. Paulus PP. III. Apostolicam
Constitutionem edidit in hæc verba, videlicet

S. 3. Paulus Papa Tertius. Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes Judæos, & alios Infideles quolibet ad Fidem Catholicam converti, & prætextu bonorum per eos ante possessorum ab eadem Fide non diffrahi, motu proprio, & ex certa nostra scientia, autoritate Apostolica, tenore praesentium, hac in posterum valitura Constitutione lancimus, quod cuicunque corundem Judæos, & Infidelium, ad dictam Fidem converti volenti, etiam si in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcumque, tam mobilia, quam immobilia intacta, & illæ permaneant. Ita ut etiam filii familias, & in patria potestate, ut praefertur, constituti, legitimæ, & quæcumque portio ne bonorum patrimonialium, aut maternorum cis de jure, seu successione bonorum eis alias debitorum, per eorum parentes fraudari, aut privari non possint, neque debeant; sed eis integrè, etiam si contra voluntatem parentum suorum ad Fidem ipsam conversi fuerint, etiam eorum parentibus vi-
ventibus, debeantur.

S. 4. Et si bona ipsa ex usura, aut illicito qual-
tute fuerint acquisita, & nota sint personæ, quibus
corum fuerit de jure facienda restitutio (quia non
dimittitur peccatum, nisi restituatur male ablatum)
illa eisdem personis omnino restituantur; personis
vero non extantibus prædictis, quia bona ipsa ef-
fent per manus Ecclesiæ in pios usus convertenda,
bona hujusmodi eisdem Judæis, & alios Infidelibus,
in favorem suscepit Baptismatis, tanquam
in pium usum liberè concedimus, eaque apud ip-
pos sic conversos Judæos, & alios Infideles, re-
manere decernimus. Interdicentes sub divini an-
thematis pœna, quibusvis tam Ecclesiasticis, quam
secularibus personis, ne ullam super bonis hujus-
modi quovis quæsite colore molestiam inferant,
aut inferri patientur; sed magnum se fecisse lucrum
existimat, dum tales Christo lucrati fuerint.

S. 5. Et quoniam, ut scriptum est, qui ha-
buerit substantiam mundi hujus, & viderit fratrem
suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua
ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipso? si
ipsi conversionis tempore inopes, aut indigentes
fuerint, omnes tam Ecclesiasticos, quam Seculares,
per viscera misericordia Dei nostri exhortamus, ut
ipsi Conversis manus porrigit adjutrices: ipsi
quoque Diocesani non solum Christianos ad sub-
veniendum ipsi exhortentur, sed etiam tam de
reditibus Ecclesiarum, prout poterunt, quam de
his, qua ad pauperum usus per ipatos converten-
dos devolvuntur, hujusmodi Neophytes susten-
tare non negligant, ipsosque à detractioni-

Ob id Sum-
mi Pontificis
plura privile-
gia in Neo-
phytos con-
tulere.

Tenor Con-
stitutionis sa-
me Pauli III.

Retentionem
bonorum
concedit Infid-
elibus, ac
Judæis con-
veridis, filiis
que familias
legitimam.

Bona illicitè
acquistapero-
nis, que
nota sunt
restitu: de-
bent: alias
applicentur
ipsis Conver-
dis.

Hortatur
Christi Fide-
les, ut Neo-
phytis opem
ferant.